Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen; Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81
Signatur:	Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

emerut aromata · ut venientes vn-
gerent ihesum · Et valde mane vna
sabbatorum veniut ad monumentum
orto iam sole · Et dicebat ad inuicem ·
Quis revoluet nobis lapidem ab
ostio monumenti · Et respicientes :
viderunt revolutum lapidem · Erat
quippe magnus valde · Et introeuntes
in monumentum : viderunt iuuenem
sedentem in dextris · coopertum stola
candida · et obstupuerunt · Qui dicit
illis · Nolite expauescere · Ihesum
queritis nazarenum : crucifixum ·
Surrexit · non est hic · Ecce locus :
vbi posuerunt eum · Sed ite · dicite
discipulis eius et petro · quia precedet
vos in galileam : Ibi eum videbitis :
sicut dixit vobis · Et ille exeuntes
fugerunt de monumento · Inuaserat
enim eas pauor et tremor : et nemini
quicquam dixerunt · timebant enim · Surgens
autem ihesus mane prima sabbati :
apparuit primo marie magdalene
de qua eiecerat septem demonia · Illa
vadens · nunciauit hijs · qui cum eo
erant : lugentibus et flentibus · Et illi
audientes quia viueret · et visus esset
ab ea : non crediderunt · Post hec autem
duobus ex eis ambulantibus ostensus
est in alia effigie : euntibus in villam
Et illi euntes nunciauerunt ceteris :
nec illis crediderunt · Nouissime autem

In die ascensionis domini

recumbentibus illis vndecim · apparuit
illis ihesus : et exprobrauit incre-
dulitatem illorum · et duriciam cordis : quia
hijs qui viderant eum resurrexisse :
non crediderunt · Et dixit illis · Euntes
in mundum vniuersum · predicate euan-
gelium omni creature · Qui crediderit
et baptizatus fuerit : saluus erit ·
Qui vero non crediderit : condempnabitur ·
Signa eos qui crediderint : hec
sequentur · In nomine meo demonia
eicient : linguis loquentur nouis · serpentes
tollent · Et si mortiferum quid biberint
non eis nocebit · Super egros manus imponent :
et bene habebunt · Et dominus quidem ihesus ·
Postquam locutus est eis · assumptus est
in celum : et sedet a dextris dei · Illi autem
profecti · predicauerunt vbique · domino
cooperante · et sermonem confirmante :
sequentibus signis ·:

Sanctus Lucas euangelista

Quoniam quidem multi conati sunt
ordinare narraciones que in
nobis complete sunt rerum · sicut tradi-
derunt nobis qui ab inicio ipsi viderunt
et ministri fuerunt sermonis · visum
est michi assecuto omnia a principio
diligenter ex ordine tibi scribere
optime theophile · ut agnoscas eorum
verborum de quibus eruditus es veritatem ·

Lucas syrus natione anthiochensis
arte medicus · discipulus apostolorum
paulum secutus postea usque ad
consumacionem eius seruiens